



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 72. Comminæus ad sedandos tumultus in Sabaudiam decretus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

que apparatus. Verbo, tot præsidijis, ^{Sæcul. XV.}
mumentisque firmabantur hæc castra, ^{A. C. 1481.}
ut milites nil proprius quam hostis ag-
gressionem expectare crederentur, cum
vero nonnulli Ludovico suggesterent,
tam numerosum exercitum ad bella
paratum, atque in castris exercitatum
Maximiliano, quocum tamen pacem fir-
mare cogitaret, merito suspicionem in-
jecturum, Rex horum consilio acquie-
scens, omnes hasce copias missas fecit,
atque ipse Turonium reversus est.

§. LXXII.

Cominæus ad sedandos tumultus in Sabaudiam decretus.

Necdum iter suum perficerat Rex,
cum identidem morbo præpeditus
apud Philippum Comminæum in Argen-
tinensi arce solido mense hærere com-
pelleretur; inde vero Thoracium delatus
eundem Comminæum cum Equitum
agmine in Sabaudiam misit, ut dissidia
componeret, quæ inter Camerensem
Comitem Sabaudiæ Ducis Moderatorem,
& juvenis hujus Principis Patruos sub-
orta fuere: frequentes enim ad Regem
deferebantur querelæ de violentiis, at-
que exactiōibus, quibus Comes maxi-
mam suorum in se invidiam conci-
taverat. Hunc olim Ludovicus defun-
cta

Sæcul. XV. Etta Gubernatrice administratorem nominabat, Ducemque puerum Groleluys
A.C. 1481. instituendum tradebat. Porro Rex quæ
Grolee-luys relis aures præbens, secretis literis Genevensi Episcopo Ducis Patruo in m
 datis dedit, ut regni administrationem ipsius in se susciperet, Groleluysiū ven
 juvenem Principem in Delphinatum con
 duceret. Verum Camerensis rem edo
 etus, Ducem detinuit, ac in Sabaudi
 permanere compulit, ab eoque facula
 tem petiit, ut Groleluysium comprehen
 dere posset, qua impetrata illum ad op
 pidum S. Joannis in Mauriana misit, co
 stodiæ dandum: postea habitu militum
 delectu, copias in Pedemontium adver
 sus Genevensem Episcopum duxit, De
 store Miolano, qui Vercellam obsidio
 cinxit. Præerat urbi Raconisius Dyna
 cuius plurimum intererat, ut hanc ci
 tatem strenue propugnaret, eoquod illan
 jure pignoris ob quamdam pecuniæ sum
 mam Duci mutuo datam teneret.

§. LXXIII.

*Comes Camerensis Sabaudiae Guber
 nator jussu Regis captus.*

Ludovicus ob Comitis audaciam in
 concitatus, clam cum Bressiæ Co
 mite Episcopi Genevensis fratre consilia
 contulit, eique jus auctoritatemque con
 cessit,